מִשְׁלוֹחַ stat. constr. sing. a nom. מִשְׁלוֹחַ 1) *missio;* 2) cum יָד: *res in quam manus immittitur,* a rad. שָׁלַח.

מִשְׁמַעְתָּם est nom. subst. mascul. מִשְׁמַעַת *obedientia,* cum suff. [§ 83. D.] *obedientia eorum,* h. l. abstractum pro concreto: *erunt illis obedientes.* Rad. שָׁמַע.

וְהֶחֱרִים *diris devovebit* | a rad. חָרַם Hiph. *devovit,* it. *exstirpavit* etc. 3. pers. sing. praet. Hiphil § 49.

וְהֵנִיף *agitabit* | 3. pers. sing. praet. Hiphil a rad. נוּף Piel et Hiph. *agitare, ventilare,* coll. § 61.

Ephraimi recedet, et qui Judaeae invident, exscindentur. Nec Ephraim Judaeae, nec Judaea Ephraimo invidebit. Irruent in Philistaeos mare versus simul, spoliabunt Orientales; Idumaeis, Moabitis manus suas immittent, et Ammonitas sibi subjicient. Jova devovebit sinum maris aegyptii, manum agitabit super Euphratem arido vento suo eumque in septem canales dividet, ut calceis transgredi possis. Via munita erit reliquo suo populo ex Assyria, quemadmodum fuit Israelitis, cum e terra Aegyti ascenderent.

Jes. 12. Tum dices: grates tibi ago, Jova, quod cum contra me iratus fueris, ira tua aversa sit, et me consolatus es. En, Deus est auctor salutis meae, in eo confido et non paveo; Jova est canticum meum et salutem mihi largitus est. Aquas

---

בַּעְיָם רוּחוֹ *vehementi vento* | עְיָם *vehementia*, nom. subst. cum praep. בְּ ex § 18, 2. (durch seinen heftigen Wind.) Alex. *ἐν πνεύματι βιαίῳ.*

וְהִדְרִיךְ etc. *ut calceis transgredi possis* | thematis דָּרַךְ *calcavit, ivit*, Hiph. *deduxit*, 3. pers. praet. Hiphil. בַּנְּעָלִים a nom. sing. נַעַל *calceus*, plural. [§ 81. No. VI.] cum בְּ et articulo excluso.

מְסִלָּה *via munita* | nom. subst. fem. a rad. סָלַל *stravit viam.*

עֲלֹתוֹ est a rad. עָלָה *ascendit*, infinit. constr. Kal [§ 64.] cum suffixo.

Jes. 12.

כִּי אָנַפְתָּ *Quod iratus fueris* | 2. pers. masc. singul. praet. Kal thematis אָנַף *iratus fuit.*

וּתְנַחֲמֵנִי *me consolatus es* | a rad. נָחַם Piel *consolatus est*, 2. pers. masc. sing. fut. תְּנַחֵם cum suffixo [§ 54.] et ו copul.

וְזִמְרָת יָהּ *canticum meum Jova* | זִמְרָת nom. subst. fem. *canticum*, h. l. positum est pro זִמְרָתִי, cum suff., quod interdum omitti solet coll. Lehrgeb. der hebr. Sprache § 195, 1. b. יָהּ contract. ex יְהוָֹה vel potius יַהֲוֶה, quod per apocopen in יָהוּ et hoc in יָהּ mutatur. (Mein Ruhm und mein Gesang ist Jehovah.)

מַיִם בְּשָׂשׂוֹן מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה׃ וַאֲמַרְתֶּם בַּיּוֹם הַהוּא
הוֹדוּ לַיהוָה קִרְאוּ בִשְׁמוֹ הוֹדִיעוּ בָעַמִּים עֲלִילֹתָיו הַזְכִּירוּ
כִּי נִשְׂגָּב שְׁמוֹ׃ זַמְּרוּ יְהוָה כִּי גֵאוּת עָשָׂה מְיֻדַּעַת° זֹאת
בְּכָל הָאָרֶץ׃ צַהֲלִי וָרֹנִּי יֹשֶׁבֶת צִיּוֹן כִּי גָדוֹל בְּקִרְבֵּךְ
קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל׃

§ 81.

3) Sacharia.

גִּילִי מְאֹד בַּת צִיּוֹן הָרִיעִי בַּת יְרוּשָׁלַםִ Sach. 9, 9-17.
הִנֵּה מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא עָנִי וְרֹכֵב עַל חֲמוֹר
וְעַל עַיִר בֶּן אֲתֹנוֹת׃ וְהִכְרַתִּי רֶכֶב מֵאֶפְרַיִם וְסוּס
מִירוּשָׁלַםִ וְנִכְרְתָה קֶשֶׁת מִלְחָמָה וְדִבֶּר שָׁלוֹם לַגּוֹיִם
וּמָשְׁלוֹ מִיָּם עַד יָם וּמִנָּהָר עַד אַפְסֵי אָרֶץ׃ גַּם אַתְּ
בְּדַם בְּרִיתֵךְ שִׁלַּחְתִּי אֲסִירַיִךְ מִבּוֹר אֵין מַיִם בּוֹ׃ שׁוּבוּ

° (מְיֻדַּעַת כ׳ מודעת ק׳).

וּשְׁאַבְתֶּם *haurietis* | a rad. שָׁאַב *hausit*, 2. pers. masc. plur. praet. Kal. בְּשָׂשׂוֹן *cum gaudio*, nom. subst. masc. שָׂשׂוֹן *laetitia*, a radice שׂוּשׂ *gaudere*. מִמַּעַיְנֵי *de fontibus*, est plural. constr. a nom. subst. masc. מַעְיָן *fons*. Praefig. מִ.

הוֹדוּ a radice יָדָה Hiphil הוֹדָה [§ 59 et § 64.] *celebravit*, imperat. plural. Hiphil.

הוֹדִיעוּ thematis יָדַע *cognovit*, Hiphil *indicavit*, *ostendit* etc. imperat. plural. Hiph. § 59. Inde descendit מוּדַעַת particip. fem. Hophal, quo Hebraei pro neutro utuntur: *hoc notum fiat*. In textu est particip. *Pyal*, eodem plane sensu.

צַהֲלִי וָרֹנִּי *ovate et cantate* | a rad. צָהַל *claram vocem edidit, jubilavit*, imperat. fem. sing. Piel [§ 49]. רֹנִּי imperat. fem. sing. Kal [§ 57.] a rad. רָנַן *cecinit*, *jubilavit*. יֹשֶׁבֶת a rad. יָשַׁב particip. fem. [§ 82.] Kal.

§ 81.

Sach. 9, 9—17.

הָרִיעִי *Jubila* | a rad. רִיעַ Hiphil *jubilavit*, imperat. fem. sing. Hiphil § 61.

וְנוֹשָׁע *et servator* | est a themate יָשַׁע *amplus*, *latus fuit*,

haurietis cum laetitia e fontibus salutis, et de Jova dicetis: invocate eum, proclamate inter populos opera ejus, commemorate, nomen ejus esse illustre. Psallite Jovae, nam magna fecit; hoc notum fiat in tota terra. Sionitae, ovate et cantate, nam Numen Israelitarum est magnum.

§ 81.

3) Sacharia.

Sach. 9, 9–17. Laetare, filia Sionis, jubila, filia Hierosolymae! Ecce rex tuus ad te veniet, justus et servator, mansuetus et super asino equitans et pullo asinarum filio. Exscindam currus ex Ephraimo et equos ex Hierosolyma, arcus bellicus frangetur, pacem gentibus annunciabit, et dominatus ejus erit a mari ad mare et a flumine ad fines terrae. Propter foedus tuum sanguine sancitum captivos tuos dimittam e fovea, in qua non est aqua. Re-

---

hinc Hiph. *liberavit, eripuit, opitulatus est, servavit,* particip. Niph. [§ 59.] *servatus, victoriosus.*

וְעַל־עַיִר etc. *et pullo asinarum filio* | עַיִר *pullus asininus,* nom. mascul. אֲתֹנוֹת est plural. a nom. sing. אָתוֹן *asina. Filius asinarum* additur ad stirpem asini, quo rex vehitur, generosiorem indicandam.

וּמָשְׁלוֹ *et dominatus ejus* | nom. subst. מֹשֶׁל *dominatus,* cum suffixo et ו copulativo [§ 81. No. VI.]. Rad. מָשַׁל *dominatus est.*

גַּם אַתְּ scil. Sion; verba casu absoluto posita sunt, conf. § 120. b. 2.

שִׁלַּחְתִּי etc. *dimittam captivos tuos* etc. | est a themate שָׁלַח *misit,* 1. pers. sing. praet. Piel, non secunda persona, uti nonnulli censent (Lutherus: *du hast ausgesandt*), coll. Gesen. Lehrgebäude der hebr. Sprache § 78. obs. II. 5. אֲסִירַיִךְ *tuos vinctos,* nom. subst. אָסִיר plural. cum suff. 2. p. sing. fem. מִבּוֹר *e fovea,* nom. subst. בּוֹר *fovea,* cum מִן praef. בּוֹ — אֵין *in qua non.* — Est h. l. subaudiendum אֲשֶׁר et hoc cum בּוֹ conjungendum, § 93, 1 et 3.

לְבִצָּרוֹן אֲסִירֵי הַתִּקְוָה גַּם הַיּוֹם מַגִּיד מִשְׁנֶה אָשִׁיב לָךְ׃
כִּי דָרַכְתִּי לִי יְהוּדָה קֶשֶׁת מִלֵּאתִי אֶפְרַיִם וְעוֹרַרְתִּי בָנַיִךְ
צִיּוֹן עַל בָּנַיִךְ יָוָן וְשַׂמְתִּיךְ כְּחֶרֶב גִּבּוֹר׃ וַיהוָה עֲלֵיהֶם
יֵרָאֶה וְיָצָא כַבָּרָק חִצּוֹ וַאדֹנָי יֱהוִה בַּשּׁוֹפָר יִתְקָע וְהָלַךְ
בְּסַעֲרוֹת תֵּימָן׃ יְהוָה צְבָאוֹת יָגֵן עֲלֵיהֶם וְאָכְלוּ וְכָבְשׁוּ
אַבְנֵי קֶלַע וְשָׁתוּ הָמוּ כְּמוֹ יָיִן וּמָלְאוּ כַּמִּזְרָק כְּזָוִיּוֹת
מִזְבֵּחַ׃ וְהוֹשִׁיעָם יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם בַּיּוֹם הַהוּא כְּצֹאן עַמּוֹ

לְבִצָּרוֹן *ad munimentum firmum*, noster: ***ad terram aridam*** | בִּצָּרוֹן est nom. subst. masc. ***locum firmum, munimentum*** denotans, cum לְ. Rad. בָּצַר *amputavit*, **it. *munivit.***

מִשְׁנֶה *duplum* | nom. subst. mascul. a radice **שָׁנָה *iteravit,*** *secundo fecit, duplicavit.* אָשִׁיב ***redditurum esse promitto,*** a radice שׁוּב 1. pers. sing. fut. Hiph. § 61.

דָּרַכְתִּי etc. *tendo mihi Judaeos*, scil. veluti **arcum (quod** nomen e proximo membro repetendum esse, **innuit verbum** דָּרַךְ) i. e. arcum Judaeorum tendo, Judaeos **reddo** militares et pugnaces | a rad. דָּרַךְ ***calcavit arcum*, i. e.** *tetendit*, quia arcuum intensio fiebat pedem arcui **impo**nendo, ad eum incurvandum telumque eo fortius **eliden**dum; 1. pers. sing. praet. Kal.

מִלֵּאתִי *impleo Ephraimitas* sc. *sagittis*, pharetrae **instar.** Alii: implevit manum suam arcu, den Bogen **zur Hand** nehmen. Alii idem esse ac praecedens דָּרַךְ קֶשֶׁת **dicunt.** Cf. ad h. l. Rosenmüll. Scholia. Est a rad. **מָלֵא 1. pers.** sing. praet. Piel.

וְעוֹרַרְתִּי etc. *et excito filios tuos* | a radice **עוּר *evigilare,*** Piel **עוֹרֵר *excitavit, erexit,* 1. pers. sing. praet. Piel coll.** § 61, 7. et § 44. בָּנַיִךְ plural. cum suff. 2. pers. sing. fem. a nom. בֵּן § 84.

יָוָן *Jonia*, pro *Graecia.* Graeci, populi remoti, pro omnibus Judaeorum inimicis appellati sunt.

יֵרָאֶה *apparebit illis* | a rad. רָאָה *vidit*, 3. pers. sing. fut. Niph. coll. § 17, 2, 2. b. et § 48. cum § 64. **עֲלֵיהֶם** praepos. עֲלֵי [§ 89, 4.] cum suffixo. יֵרָאֶה ***apparebit,*** cum עַל *alicui.*

כַבָּרָק חִצּוֹ *et sagitta ejus fulguris instar* | כַּבָּרָק **nom. subst.** masc. בָּרָק *fulgur*, cum **praef.** כְּ **articuli extrusi vocalem** occupante juxta § 89, 1. Rad. בָּרַק *fulguravit.* **חִצּוֹ nom.** subst. חֵץ *sagitta*, cum suffixo § 81. No. VIII. **Rad. חָצַץ** *discidit, exscidit.*

vertimini ad terram aridam, vos in spem futuram detenti; ego me vobis duplum redditurum esse promitto. Nam tendo mihi Judaeos velut arcum, impleo Ephraimitas uti pharetram et excito filios tuos, Sion, adversus filios tuos, Javan, et fortem te reddo uti gladium. Jova illis apparebit et sagitta ejus fulguris instar exibit, Dominus Jova tuba clanget et in turbine Austri abibit. Jova omnipotens illos proteget. Comedent et lapides fundae subigent, et bibent titubantes tanquam a vino. Replebuntur uti pelvis, uti anguli altaris. Jova tunc illos servabit ut gregem populi sui, uti lapi-

---

בַּשּׁוֹפָר יִתְקָע *tuba clanget* | שׁוֹפָר *tuba*, nom. subst. masc. cum בּ et excluso articulo. יִתְקָע est a radice תָּקַע *fixit*, it. *clanxit*, cum בּ instrumenti, 3. pers. sing. fut. Kal pro יִתְקַע, (-) in (ָ) mutato ob Sakeph Pausam faciens.

בְּסַעֲרוֹת etc. *in turbine Austri* | בְּסַעֲרוֹת *turba, procella*. תֵּימָן *plaga australis, ventus australis, meridies*, nom. subst. masc. rad. יָמַן *dexteram petiit, ad dexteram flexit*.

יָגֵן עֲלֵיהֶם *illos proteget* | a radice גָּנַן *protexit*, cum עַל, Hiphil id.; 3. pers. sing. fut. Hiphil § 57.

וְכָבְשׁוּ etc. *et subigent lapides fundae*, sie werden die Schleudersteine unter die Füsse treten, d. h. sie werden ihnen nichts schaden | a rad. כָּבַשׁ *subegit, subjugavit*, 3. pers. plur. praet. Kal. — אַבְנֵי *lapides*, nom. subst. אֶבֶן plur. constr. [§ 81. No. VI.]. קֶלַע nom. masc. *funda*.

וְשָׁתוּ *et bibent* | a radice שָׁתָה *bibit*, 3. pers. plural. Kal [§ 64].

הָמוּ est a rad. הָמָה vel הוּם *commotus est, tumultuatus fuit, strepuit, fremuit;* strepent tanquam vino ebrii sanguine, tumultuabuntur gaudio gestientes ac prosperis rerum successibus animosi | Bauer: *attonitum vagari, mentis impotem discursare;* est 3. pers. plur. praet. Kal.

כַּמִּזְרָק *uti pelvis* | nom. subst. masc. cum praef. כְּ et artic. excluso. — כְּזָוִיּוֹת etc. *uti anguli altaris*, est nom. subst. fem. זָוִיָּה (cum Kamez impuro) *angulus*, plural. constr. cum praef. כְּ. מִזְבֵּחַ *altare*, nom. subst. masc. a rad. זָבַח *mactavit*.

וְהוֹשִׁיעָם *illos servabit* | a rad. יָשַׁע 3. pers. singul. praet. Hiphil [§ 59.] הוֹשִׁיעַ cum suff.

כִּי אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת עַל אַדְמָתוֹ׃ כִּי מַה טּוּבוֹ וּמַה
יָּפְיוֹ דָּגָן בַּחוּרִים וְתִירוֹשׁ יְנוֹבֵב בְּתֻלוֹת׃
Sach. 10. שַׁאֲלוּ מֵיְהוָה מָטָר בְּעֵת מַלְקוֹשׁ יְהוָה עֹשֶׂה
חֲזִיזִים וּמְטַר גֶּשֶׁם יִתֵּן לָהֶם לְאִישׁ עֵשֶׂב בַּשָּׂדֶה׃ כִּי
הַתְּרָפִים דִּבְּרוּ אָוֶן וְהַקּוֹסְמִים חָזוּ שֶׁקֶר וַחֲלֹמוֹת הַשָּׁוְא
יְדַבֵּרוּ הֶבֶל יְנַחֵמוּן עַל כֵּן נָסְעוּ כְמוֹ צֹאן יַעֲנוּ כִּי אֵין
רֹעֶה׃ עַל הָרֹעִים חָרָה אַפִּי וְעַל הָעַתּוּדִים אֶפְקוֹד כִּי

אַבְנֵי־נֵזֶר etc. *uti lapides pretiosos micantes* | נֵזֶר propr. *insigne*, hinc *corona*, *diadema*, nom. subst. masc. a rad. נָזַר in Kal inusit. Niph. *separavit se*, *abstinuit* etc.

מִתְנוֹסְסוֹת a rad. נָסַס *levavit*, Hithpoel *elevatus est*, *elevavit se* (gekrönte Steine erheben sich in seinem Lande. Gesen.), particip. plur. fem. Hithpoel, sing. masc. מִתְנוֹסֵס. Noster reddit: *micuit*, *emicuit*, *splendore emicuit*.

עַל אַדְמָתוֹ *in terra ejus* | nom. subst. fem. אֲדָמָה *terra*, cum suffixo.

מַה־טּוּבוֹ *quanta felicitas ejus* | טוּב *bonitas*, *bonum*, *benignitas*, *laetitia*, *prosperitas*, nom. subst. mascul. cum suffixo a rad. טוֹב *bonum*, *pulchrum* etc. *esse*.

מַה־יָּפְיוֹ *et pulchritudo* | nom. subst. mascul. יֳפִי *pulchritudo*, cum suffixo, a radice יָפָה *pulcher fuit*.

דָּגָן בַּחוּרִים *frumentum juvenes* etc. | דָּגָן *frumentum*, nom. subst. masc. בַּחוּרִים est plur. a nom. subst. בָּחוּר *electus*, it. *juvenis*.

וְתִירוֹשׁ etc. *et mustum virgines* etc. | תִּירוֹשׁ *mustum*, nom. subst. masc. a rad. יָרַשׁ *occupavit*, *possedit*. יְנוֹבֵב *efflorescere faciet*, est a rad. נוּב *provenire*, *crescere*, Pilel *efflorescere fecit*, 3. pers. singul. fut. Pilel coll. § 61. בְּתֻלוֹת *virgines*, plural. a nom. subst. fem. בְּתוּלָה *virgo*.

Sach. 10.

שַׁאֲלוּ *Rogate* | a rad. שָׁאַל *rogavit*, *petiit*, imperat. plural. Kal § 49.

מַלְקוֹשׁ *pluviae serotinae* | מַלְקוֹשׁ *pluvia serotina*, verno tempore paulo ante messem decidens, nom. masc. a rad. לָקַשׁ Piel *collegit fructus serotinos*.

חֲזִיזִים *fulgura* | plural. a singul. חָזִיז *fulgur*. Rad. חָזַז.

וּמְטַר גֶּשֶׁם *et imbrem effusum* | מְטַר stat. constr. sing. ab absol. מָטָר *pluvia*, conjunctum cum גֶּשֶׁם, quo vis significationis intenditur: *imber effusus*.

des pretiosos micantes, in terra sua. Quanta erit ejus felicitas et pulchritudo! frumentum juvenes, et mustum virgines efflorescere faciet.

Sach. 10. Rogate a Jova pluviam tempore pluviae serotinae. Jova, qui facit fulgura et imbrem effusum, dabit cuilibet fruges campi. Teraphim enim loquuntur inutile, divinatores vident mendacia, somniatores falsa promittunt et vana dant consilia. Propterea abibunt sicuti grex, humiliabuntur, quia non habent pastorem. Contra pastores ira mea exarsit, et in hircos animadver-

---

יִתֵּן — בְּשָׂדֶה *dabit illis, cuilibet fruges campi* | יִתֵּן 3. pers. sing. fut. Kal rad. נָתַן § 56. בַּשָׂדֶה nom. subst. שָׂדֶה cum בְּ et extruso articulo.

הַתְּרָפִים *Teraphim* | nom. plural. cum articulo. Erat genus *penatum*, res futuras indicantium, quos superstitiosi consulere solebant, *domestica oracula*. Rad. תְּרַף syr. *percontari, inquirere.*

וְהַקּוֹסְמִים etc. *divinatores vident* | est plur. partic. Kal cum artic. et ו copul. קָסַם *divinavit*. חָזוּ thematis חָזָה 3. pers. plur. praet. Kal § 64.

וַחֲלֹמוֹת *et somniatores* | plural. fem. a nom. mascul. חֲלוֹם *somnium*, a radice חָלַם *somniavit*. Praefig. וַ ex § 18, 2. הַשָּׁוְא יְדַבֵּרוּ *vana promittunt*, nom. subst. שָׁוְא (est forma segolata, uti מָוֶת, sed absque Segol furtivo) *vanum, vanitas, falsum, inutile* etc., a rad. שוא arab. *malum esse*. יְדַבֵּרוּ a rad. דָּבַר 3. pers. plur. fut. Piel, h. l. cum Zere ob Sakeph h. l. Pausam faciens.

הֶבֶל יְנַחֵמוּן *et vana dant consilia* | הֶבֶל *vanitas, res vana*, spec. *idola*; h. l. adverb. *inaniter, frustra*. יְנַחֵמוּן a rad. נחם Piel *consolari*, 3. pers. plur. fut. Piel cum וּ parag., quo accedente vocalis penultimae syllabae manet, conf. § 35, 4. et Lehrgeb. der hebr. Sprache § 91, 11.

נָסְעוּ *abibunt* | a rad. נָסַע *evulsit*, spec. *paxillos sive clavos tentorii*, hinc *profectus est, abiit*, 3. pers. plur. praet. Kal.

יַעֲנוּ *humiliabuntur* | 3. pers. plur. fut. Kal [§ 64 et § 48.] a rad. עָנָה *humiliavit se, depressus, afflictus est*.

וְעַל־הָעַתּוּדִים etc. *et in hircos animadvertam* | עַתּוּדִים est plur. cum articulo ex § 21. et ו copul. a nom. singul. עַתּוּד *hircus*. אֶפְקוֹד 1. pers. sing. fut. Kal thematis פָּקַד *attente*

פָקַד יְהוָה צְבָאוֹת אֶת עֶדְרוֹ אֶת בֵּית יְהוּדָה וְשָׂם אוֹתָם
כְּסוּס הוֹדוֹ בַּמִּלְחָמָה׃ מִמֶּנּוּ פִנָּה מִמֶּנּוּ יָתֵד מִמֶּנּוּ קֶשֶׁת
מִלְחָמָה מִמֶּנּוּ יֵצֵא כָל נוֹגֵשׂ יַחְדָּו׃ וְהָיוּ כְגִבֹּרִים בּוֹסִים
בְּטִיט חוּצוֹת בַּמִּלְחָמָה וְנִלְחֲמוּ כִּי יְהוָה עִמָּם וְהֹבִישׁוּ
רֹכְבֵי סוּסִים׃ וְגִבַּרְתִּי אֶת בֵּית יְהוּדָה וְאֶת בֵּית יוֹסֵף
אוֹשִׁיעַ וְהוֹשְׁבוֹתִים כִּי רִחַמְתִּים וְהָיוּ כַּאֲשֶׁר לֹא זְנַחְתִּים
כִּי אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְאֶעֱנֵם׃ וְהָיוּ כְגִבּוֹר אֶפְרַיִם
וְשָׂמַח לִבָּם כְּמוֹ יָיִן וּבְנֵיהֶם יִרְאוּ וְשָׂמֵחוּ יָגֵל לִבָּם
בַּיהוָה׃ אֶשְׁרְקָה לָהֶם וַאֲקַבְּצֵם כִּי פְדִיתִים וְרָבוּ כְּמוֹ

---

et cum cura inspexit, visitavit, animadvertit etc., cum עַל *in aliquem*, cum אֶת־ *rationem alicujus habere, eum curare et beneficiis afficere.*

כְּסוּס הוֹדוֹ *equus decoris sui*, i. e. quem phaleris condecoravit.

מִמֶּנּוּ *ab illo*, coll. § 89, 3. et seq.

פִּנָּה *angulus, lapis angularis*, trop. *caput, princeps*, nom. fem.

יָתֵד 1) *paxillus*, qui firmando tentorio terrae infigitur, et in quo variae res suspenduntur; 2) trop. *princeps civitatis.*

קֶשֶׁת מִלְחָמָה *arcus belli, bellator, imperator* | מִלְחָמָה *bellum*, nom. fem. a rad. לָחַם.

נוֹגֵשׂ quilibet *praefectus*, etiam *bonus* | particip. Kal rad. נָגַשׂ *exegit.* יַחְדָּו *simul*, יַחַד cum suff.

בּוֹסִים etc. *coenum calcantes foras in bello* | a radice בּוּס *concalcare*, particip. Kal בּוֹס (pro בָּס) plural. coll. § 61. not. 1. בְּטִיט nom. subst. masc. טִיט *coenum, lutum*, cum בְּ praef. חוּצוֹת est plur. fem. a nom. sing. חוּץ *pars rei exterior, platea, vicus.*

וְנִלְחֲמוּ *et pugnabunt* | a rad. לָחַם 1) *consumsit;* 2) *pugnavit;* Niphal *pugnavit, bellavit*, 3. pers. plural. praet. Niphal § 49.

וְהֹבִישׁוּ *et pudefient* | a radice יָבֵשׁ *erubescere, pudefieri*, Hiphil idem, 3. pers. plural. praet. Hiphil § 59.

רֹכְבֵי סוּסִים *equites* | a rad. רָכַב *equitavit*, plural. constr. partic. Kal רֹכֵב. סוּסִים plural. a nom. sing. סוּס *equus.*

וְגִבַּרְתִּי *confortabo* | thematis גָּבַר et גָּבֵר *valuit, invaluit, praevaluit*, Piel *roboravit, confirmavit*, 1. pers. singul. praet. Piel. Inde descendit nom. גִּבּוֹר *potens, fortis*, it. *vir fortis et strenuus, miles, heros.*

tam: nam Jova omnipotens curam habebit gregis sui, domus Judae, et reddet illos uti equos ornatos in bello. Ab eo erunt angulus, ab eo paxillus, ab eo arcus belli, ab eo exibit omnis exactor simul. Et erunt uti heroes, coenum calcantes foras in bello, et pugnabunt: etenim Jova illis aderit et pudefient equites. Et confortabo domum Judae, et domum Josephi servabo, et eos habitare faciam, et illorum miserebor; erunt quasi eos non deseruissem, nam ego sum Jova, Deus eorum, itaque eos exaudiam. Ephraimitae erunt sicuti heroes, cor eorum laetabitur tanquam vino. Filii eorum laetabuntur, animus eorum in Jova exsultabit. Sibilabo illis et eos colligam, quia eos redimam. Tam

---

אוֹשִׁיעַ *servabo* | a rad. יָשַׁע 1. pers. sing. fut. Hiphil [§ 59 et § 48]. בֵּית יוֹסֵף *domus Josephi*, i. e. regnum decem tribuum. בֵּית stat. constr. a nom. בַּיִת.

וְהוֹשְׁבוֹתִים *et eos habitare faciam* | a rad. יָשַׁב *sedit, consedit, mansit, habitavit*, Hiph. *habitare fecit*, 1. pers. sing. praet. Hiphil cum suffixo pro הוֹשַׁבְתִּים, quod etiam nonnulli codices habent. Insertio τοῦ ו petita est a verbis עוֹ [§ 61.]. Fortasse librarius vel auctor formam הֲשִׁיבוֹתִים in mente habebat. Conf. pars analytica Gesenii Lexico adjuncta.

רִחַמְתִּים *et illorum miserebor* | radicis רָחַם *mollis, tener fuit*, Piel *misertus est*, 1. pers. singul. Piel cum suff. 3. pers. plural. masc.

זְנַחְתִּים *eos deseruissem* | thematis זָנַח *deseruit, rejecit*, 1. pers. sing. praet. Kal cum suff.

וְאֶעֱנֵם *eos exaudiam* | a radice עָנָה *respondit, exaudivit*, 1. pers. sing. fut. Kal אֶעֱנֶה [§ 64 et 48.] cum suffixo, quo accedente ultima syllaba (ֶה) abjicitur.

אֶשְׁרְקָה *sibilabo* | a radice שָׁרַק *sibilavit, sibilo advocavit*, 1. pers. sing. fut. Kal cum ה parag. § 36.

וַאֲקַבְּצֵם *et colligam eos* | thematis קָבַץ 1. pers. sing. fut. Piel אֲקַבֵּץ cum suff. 3. pers. mascul. plural. et ו copul. juxta § 18, 2.

פְּדִיתִים *redimam eos* | radicis פָּדָה 1. pers. sing. praet. Kal § 64. cum suff.

רָבוּ׃ וְאֶזְרָעֵם בָּעַמִּים וּבַמֶּרְחַקִּים יִזְכְּרוּנִי וְחָיוּ אֶת
בְּנֵיהֶם וָשָׁבוּ׃ וַהֲשִׁבוֹתִים מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם וּמֵאַשּׁוּר
אֲקַבְּצֵם וְאֶל אֶרֶץ גִּלְעָד וּלְבָנוֹן אֲבִיאֵם וְלֹא יִמָּצֵא
לָהֶם׃ וְעָבַר בַּיָּם צָרָה וְהִכָּה בַיָּם גַּלִּים וְהֹבִישׁוּ כֹּל
מְצוּלוֹת יְאֹר וְהוּרַד גְּאוֹן אַשּׁוּר וְשֵׁבֶט מִצְרַיִם יָסוּר׃
וְגִבַּרְתִּים בַּיהוָה וּבִשְׁמוֹ יִתְהַלָּכוּ נְאֻם יְהוָה׃

§ 82.

4) Jeremias.

Jer. 23, 3—8. וַאֲנִי אֲקַבֵּץ אֶת שְׁאֵרִית צֹאנִי מִכֹּל
הָאֲרָצוֹת אֲשֶׁר הִדַּחְתִּי אֹתָם שָׁם וַהֲשִׁיבֹתִי אֶתְהֶן עַל
נְוֵהֶן וּפָרוּ וְרָבוּ׃ וַהֲקִמוֹתִי עֲלֵיהֶם רֹעִים וְרָעוּם וְלֹא

וְרָבוּ a rad. רָבָה *multus fuit*, 3. pers. plur. Kal § 64.

וְאֶזְרָעֵם *et dispergam eos*, nempe ut semen, quod dispergitur, non ut pereat, sed ut fructificet | a rad. זָרַע *seminavit*, *sparsit*, *dispersit*, 1. pers. sing. fut. Kal אֶזְרַע cum suffixo, quó adposito (-) in (ָ) mutatum est, juxta § 54. בָּעַמִּים nom. comm. עַם et עָם *populus*, plur. cum בְּ et extruso articulo.

וּבַמֶּרְחַקִּים *in terris longinquis* | nom. subst. masc. מֶרְחָק *longinquitas*, *locus longinquus* sive *dissitus*, plural. cum praefixis בַּ (articuli vocalem occupante) et ו copul. juxta § 90, 1. Rad. רָחַק *longe*, *procul fuit*.

יִזְכְּרוּנִי *mei recordati sunt* | 3. pers. plural. fut. Kal cum suff. a themate זָכַר *recordatus est*.

וָשָׁבוּ *redibunt* | radicis שׁוּב 3. pers. plural. fut. Kal § 61. cum ו conv. praet. ex § 90, 1. b. Sequens est hujus radicis 1. pers. sing. praet. Hiphil cum suff. § 61, 5.

אֲבִיאֵם *adducam* | 1. pers. sing. fut. Hiphil [§ 61.] cum suffixo, a rad. בּוֹא *venit*.

וְלֹא יִמָּצֵא לָהֶם *ut illis non inveniatur* locus, qui tantam capiat multitudinem | יִמָּצֵא est 3. pers. sing. fut. Niphal rad. מָצָא *invenit*. לָהֶם conf. § 89, 3.

וְהִכָּה — גַּלִּים *et percutiet fluctus* | a rad. נָכָה Hiph. *percussit*, 3. pers. sing. praet. Hiph. § 64 et § 56. גַּלִּים plural. a nom. masc. גַּל 1) *acervus*; 2) *fluctus*; a radice גָּלַל *volvit*.

וְהֹבִישׁוּ *et exsiccabuntur* | a radice יָבֵשׁ *exaruit*, *exsicca-*

merosiores fient, quam antea fuerant. Disperse- m quidem eos inter populos, sed in terris lon- iquis mei recordati sunt, et cum filiis suis felici- redibunt. Reducam eos e terra Aegypti et Assyria colligam, in terram Gileaditidos et Li- ni adducam, ut locus illis non inveniatur. Transi- per mare angustiae, et fluctus in mari percutiet, omnes profunditates fluvii exsiccabuntur. Fastus syriae dejicietur, et virga Aegypti recedet. Con- tabo eos per Jovam, et in nomine ejus ambu- unt, inquit Jova.

§ 82.

4) Jeremias.

Jer. 23, 3—8. Colligam reliquias gregis mei omnibus regionibus, in quas eos dispuli, et in ulas suas reducam; foetificabunt et multiplica- ntur. Et praeficiam illis pastores, qui eos pa-

---

us fuit, Hiphil *exsiccavit*, 3. pers. plural. Hiphil § 59.
מְצוּלֹת *profunditates fluvii*, plural. a nom. subst. fem. מְצוּלָה *profunditas*, inpr. maris, fluvii. יְאוֹר et יְאֹר *fluvius*. Vox Coptica Jaro, hinc fere tantummodo de Nilo ad- hibetur.
יוּרַד *dejicietur* | a themate יָרַד *descendit*, Hiph. *descendere fecit, dejecit, deturbavit*, Hoph. *dejectus est*, 3. pers. sing. praet. Hophal § 59.
בַּיהוָה *per Jovam* i. e. per me ipsum | Nom. Jovae pro- nomis loco positum est; coll. Lehrgeb. der hebr. Sprache § 196, 4. De praefixo cum (-) conf. Gram. § 89, 1. not.

§ 82.

Jer. 23, 3—8.

הָאֲרָצוֹת *Regionibus* | plural. fem. a nom. subst. אֶרֶץ, cum articulo ex § 21.
הִדַּחְתִּי etc. *in quas eos dispuli* | a rad. נָדַח *impulit, expulit* etc. Hiphil idem; est 1. pers. sing. praet. Hiphil [§ 56].
אֲשֶׁר conjungatur cum שָׁם ex § 93, 1.
אֹתָם nota accusat. cum suff. § 89, 3. b.

יִירְאוּ עוֹד וְלֹא יֵחַתּוּ וְלֹא יִפָּקֵדוּ נְאֻם יְהוָה׃ הִנֵּה יָמִים
בָּאִים נְאֻם יְהוָה וַהֲקִמֹתִי לְדָוִד צֶמַח צַדִּיק וּמָלַךְ מֶלֶךְ
וְהִשְׂכִּיל וְעָשָׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה בָּאָרֶץ׃ בְּיָמָיו תִּוָּשַׁע
יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל יִשְׁכֹּן לָבֶטַח וְזֶה שְּׁמוֹ אֲשֶׁר יִקְרְאוֹ יְהוָה
צִדְקֵנוּ׃ לָכֵן הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם יְהוָה וְלֹא יֹאמְרוּ
עוֹד חַי יְהוָה אֲשֶׁר הֶעֱלָה אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מֵאֶרֶץ
מִצְרָיִם׃ כִּי אִם חַי יְהוָה אֲשֶׁר הֶעֱלָה וַאֲשֶׁר הֵבִיא אֶת
זֶרַע בֵּית יִשְׂרָאֵל מֵאֶרֶץ צָפֹנָה וּמִכֹּל הָאֲרָצוֹת אֲשֶׁר
הִדַּחְתִּים שָׁם וְיָשְׁבוּ עַל אַדְמָתָם׃

Jer. 33, 14—18. הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם יְהוָה וַהֲקִמֹתִי
אֶת הַדָּבָר הַטּוֹב אֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי אֶל בֵּית יִשְׂרָאֵל וְעַל
בֵּית יְהוּדָה׃ בַּיָּמִים הָהֵם וּבָעֵת הַהִיא אַצְמִיחַ לְדָוִד
צֶמַח צְדָקָה וְעָשָׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה בָּאָרֶץ׃ בַּיָּמִים הָהֵם
תִּוָּשַׁע יְהוּדָה וִירוּשָׁלִַם תִּשְׁכּוֹן לָבֶטַח וְזֶה אֲשֶׁר יִקְרָא
לָהּ יְהוָה צִדְקֵנוּ׃ כִּי כֹה אָמַר יְהוָה לֹא יִכָּרֵת לְדָוִד
אִישׁ יֹשֵׁב עַל כִּסֵּא בֵית יִשְׂרָאֵל׃ וְלַכֹּהֲנִים הַלְוִיִּם לֹא
יִכָּרֵת אִישׁ מִלְּפָנַי מַעֲלֶה עוֹלָה וּמַקְטִיר מִנְחָה וְעֹשֶׂה
זֶּבַח כָּל הַיָּמִים׃

עַל נְוֵיהֶן *in caulas suas* | nom. subst. נָוֶה *habitaculum, caula, pascuum,* plural. cum suff. 3. pers. fem. plural [§ 81. No. IX.]. Rad. נָוָה *inhabitavit.*

וּפָרוּ *foetificabunt* | radicis פָּרָה *foetificavit, crevit,* 3. pers. praet. Kal § 64.

וַהֲקִמֹתִי *et praeficiam* | 1. pers. singul. praet. Hiphil, pro וַהֲקִימוֹתִי, fuloris vocalium omissis, a rad. קוּם. De Cholem inserto et vocali praeformativi in (-:) correpta cf. § 61, 5.

וְרָעוּם *qui eos pascent* | a rad. רָעָה *pavit,* 3. pers. plural. praet. Kal cum suff. coll. § 64. Inde etiam descendit antecedens רֹעִים plur. particip. Kal.

יֵחַתּוּ *consternabuntur* | a radice חָתַת *fractus, consternatus fuit,* 3. pers. plur. fut. Niphal, pro יֵחַתְתוּ ultimis radicalibus contractis juxta § 57. et Chirek ex § 48. in (··) mutato.

בָּאִים *veniunt* | plur. partic. Kal a rad. בּוֹא § 61.

scent. Non amplius timebunt, nec consternabuntur, nec desiderabuntur, inquit Jova. Ecce veniunt dies, inquit Jova, dabo Davidi germen justum; rex regnabit, prosperabitur, jus et justitiam exercebit in terra. Judaea suo tempore salvabitur, Israelitae secure degent, et nomen, quo insignietur, erit: Jova salus nostra. Propterea ecce veniunt dies, inquit Jova, quibus non amplius dicent: per vitam Jovae, qui Israelitas ascendere fecit ex Aegypto; sed: per vitam Jovae juro, qui posteros Israelitarum ascendere fecit et adduxit e terra septentrionali, et ex omnibus, in quas illos dispuleram, et in patria sua habitabunt.

Jer. 33, 14—18. Ecce dies veniunt, inquit Jova, quibus implebo promissionem Israelitis et Judaeis datam. Illis diebus et illo tempore suscitabo Davidi germen justitiae, jus et justitiam in terra exercebit. Illis diebus Judaea felix erit, et Hierosolyma secure habitabitur. Nomen ei dabitur: Jova salus nostra. Nam sic inquit Jova: Davidi non exscindetur, qui sedeat super solio Israelitarum, et sacerdotibus Levitis non exscindetur, qui coram me holocaustum offerat, libamen adoleat et sacra quotidie faciat.

תושע תִּוָּשַׁע *salvabitur* | 3. pers. fem. sing. fut. Niphal thematis יָשַׁע § 59.

צדקנו צִדְקֵנוּ *salus nostra* i. e. salutis nostrae auctor | nom. subst. צֶדֶק cum suff. § 81. No. VI.

צפנה צָפֹנָה *e terra septentrionali* i. e. Babylone | est nom. subst. masc. צָפוֹן *septentrio, regio septentrionalis,* cum ־ָה parag.

Jer. 33, 14—18.

הטוב אֶת־הַדָּבָר הַטּוֹב *Verbum bonum* | de articulis conf. § 91, 3.

צמח — אַצְמִיחַ *suscitabo germen justitiae,* sobolem justi et aequi amantem | a rad. צָמַח *germinavit, ortus, exortus est,* Hiph. *germinare fecit,* 1. pers. sing. fut. Hiphil. Inde descendit צֶמַח masc. *germen.*

Zweite Abtheilung.

Meinungen über den Messias nach dem babylon. Exil.

§ 83.

1) Ezechiel.

והקמתי עליהם רעה אחד ורעה Ezech. 34, 23—31.
אתהן את עבדי דויד הוא ירעה אתם והוא יהיה להם
לרעה׃ ואני יהוה אהיה להם לאלהים ועבדי דוד
נשיא בתוכם אני יהוה דברתי׃ וכרתי להם ברית
שלום והשבתי חיה רעה מן הארץ וישבו במדבר לבטח
וישנו ביערים׃ ונתתי אותם וסביבות גבעתי ברכה
והורדתי הגשם בעתו גשמי ברכה יהיו׃ ונתן עץ
השדה את פריו והארץ תתן יבולה והיו על אדמתם

° יתיר ו׳.

זה אשר יקרא לה *haec est cui nomen dabitur* | קרא cum dativ. person. denotat *nomen dare.*

מעלה עולה *holocaustum offerens* | מעלה est partic. Hiphil a radice עלה § 64 et § 48. Inde descendit nom. fem. עולה *holocaustum.*

ומקטיר a rad. קטר Piel et Hiph. *adolevit, suffivit,* partic. Hiphil cum ו copul. ex § 90, 1.

§ 83.

Ezech. 34, 23—31.

נשיא etc. *Princeps eorum* | propr. partic. a rad. נשא, hinc *elatus,* vulgo autem *princeps.* בתוכם est praepos. בתוך [a nom. subst. תוך *medium,* § 81. No. VI. stat. constr. qui cum praep. ב conjunctus naturam praepositionis induit, hinc] *inter, in,* cum suff.

והשבתי *removebo* | a radice שבת *quievit, cessavit,* Hiphil *cessare fecit, removit,* cum מן *ab aliquo,* 3. pers. sing. praet. Hiphil.

SECTIO ALTERA.

De Messia obviae post exilium babylon. sententiae.

§ 83.

1) Ezechiel.

Ezech. 34, 23—31. Excitabo illis unum pastorem, qui illos pascet, cultorem meum Davidem; hic illos pascet, illisque pastor erit. Ego autem Jova illis ero Deus, et cultor meus Davides erit eorum princeps. Haec ego Jova promitto. Salutem iis largiar, bestias nocivas e terra removebo, secure in deserto sedebunt et in silvis dormient. In circuitu collis mei eos omnibus bonis cumulabo, pluviam opportuno tempore demittam, pluvia erit larga. Arbores agrestes fructus suos dabunt, et terra proventus. Secure in terra habitabunt, et

---

חַיָּה רָעָה *bestias nocivas* | חַיָּה est fem. adject. חַי 1) *vivus;* 2) *bestia*, collective *bestiae.* רָעָה est fem. a masc. רַע 1) *malus;* 2) *nocivus.*

וְיָשְׁנוּ *et dormient* | a radice יָשֵׁן *dormivit*, 3. pers. plural. praet. Kal.

בַּיְּעָרִים (in Chethib יְעוֹרִים) *in silvis* | est a nom. singul. יַעַר *silva*, plur. cum suff. et excluso articulo, ex § 89, 1.

וּסְבִיבוֹת etc. *et in circuitu collis mei* | est a nom. סָבִיב *circuitus*, plur. fem. constr. vim praepositionis habens: *circa, circum.* גִּבְעָתִי est nom. subst. fem. גִּבְעָה *collis*, cum suff. *rings um meinen Hügel*, mons, in quo templum exstructum erat, Moriah. בְּרָכָה *benedictio*, h. l. abstractum pro concreto בְּרוּכִים, *fortunatos reddere*, nom. subst. fem. a rad. בָּרַךְ.

וְהוֹרַדְתִּי *demittam pluviam* | a rad. יָרַד *descendit*, 1. pers. sing. praet. Hophal § 59. הַגֶּשֶׁם nom. subst. cum articulo. Sequens est hujus vocis plural. construct. § 81. No. VI.

אֶת־פִּרְיוֹ *fructus suos* | nom. subst. mascul. פְּרִי *fructus*, cum suff. § 81. No. VI. a rad. פָּרָה *fructuosus fuit.*

לָבֶטַח וְיָדְעוּ כִּי אֲנִי יְהוָה בְּשִׁבְרִי אֶת מֹטוֹת עֻלָּם
וְהִצַּלְתִּים מִיַּד הָעֹבְדִים בָּהֶם׃ וְלֹא יִהְיוּ עוֹד בַּז לַגּוֹיִם
וְחַיַּת הָאָרֶץ לֹא תֹאכְלֵם וְיָשְׁבוּ לָבֶטַח וְאֵין מַחֲרִיד׃
וַהֲקִמֹתִי לָהֶם מַטָּע לְשֵׁם וְלֹא יִהְיוּ עוֹד אֲסֻפֵי רָעָב
בָּאָרֶץ וְלֹא יִשְׂאוּ עוֹד כְּלִמַּת הַגּוֹיִם׃ וְיָדְעוּ כִּי אֲנִי יְהוָה
אֱלֹהֵיהֶם אִתָּם וְהֵמָּה עַמִּי בֵּית יִשְׂרָאֵל נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה׃
וְאַתֵּן צֹאנִי צֹאן מַרְעִיתִי אָדָם אַתֶּם אֲנִי אֱלֹהֵיכֶם נְאֻם
אֲדֹנָי יְהוִה׃

וְדַבֵּר אֲלֵיהֶם כֹּה אָמַר אֲדֹנָי Ezech. 37, 21—28.
יְהוִה הִנֵּה אֲנִי לֹקֵחַ אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מִבֵּין הַגּוֹיִם אֲשֶׁר
הָלְכוּ שָׁם וְקִבַּצְתִּי אֹתָם מִסָּבִיב וְהֵבֵאתִי אוֹתָם אֶל
אַדְמָתָם׃ וְעָשִׂיתִי אוֹתָם לְגוֹי אֶחָד בָּאָרֶץ בְּהָרֵי יִשְׂרָאֵל
וּמֶלֶךְ אֶחָד יִהְיֶה לְכֻלָּם לְמֶלֶךְ וְלֹא יִהְיֶה° עוֹד לִשְׁנֵי גוֹיִם
וְלֹא יֵחָצוּ עוֹד לִשְׁתֵּי מַמְלָכוֹת עוֹד׃ וְלֹא יִטַּמְּאוּ עוֹד

° (יִֽהְיֶה כ׳) יהיו ק׳.

בְּשִׁבְרִי etc. *cum frangam vectes jugi eorum* | a rad. שָׁבַר *fregit*, infinit. constr. cum suff. § 53. et praef. בְּ. אֶת מֹטוֹת *vectes*, est plural. constr. a nom. sing. מוֹטָה *vecti*. עֻלָּם *jugi*, est nom. subst. masc. עוֹל et עֹל *jugum*, cum suffixo § 81. No. VIII.

וְהִצַּלְתִּים *eripiam illos* | a radice נָצַל 1. pers. sing. praet. Hiphil § 56. cum suff. et praef. וְ.

הָעֹבְדִים *oppressorum suorum* | particip. Kal plural. cum articulo [§ 21.] a radice עָבַד h. l. cum בְּ *alicui servitutem imposuit, subegit, in servitutem redegit.*

בַּז לַגּוֹיִם *praedae gentibus* | בַּז a radice בָּזַז *praedatus est*, nom. subst. masc. לַגּוֹיִם plural a nomine גּוֹי cum praef. לְ et excluso articulo.

וְאֵין מַחֲרִיד *nemine terrente* | a radice חָרַד Hiph. *terruit*, particip. Hiph. § 48.

מַטָּע לְשֵׁם propr. *plantarium* (planta) *nominis* i. e. celeberrimum (celeberrima), מַטָּע nom. subst. masc. a rad. נָטַע *plantavit*; conferat. Rosenmüll. Scholl. ad h. l. לְשֵׁם

me Jovam esse cognoscent, cum jugum iis impositum excussero. Eripiam illos e potestate oppressorum suorum, gentibus non amplius erunt praedae, ferae eos non devorabunt, secure, nemine terrente, habitabunt, succrescere illis plantam celebrem faciam, fame non amplius peribunt, neque gentium opprobrium ferent. Et cognoscent, me Jovam Deum suum iis adesse, et Israelitas esse populum meum, inquit Dominus Jova. Vos eritis grex meus, grex pascui mei, ego autem Deus vester, inquit Dominus Jova.

Ezech. 37, 21—28. Alloquere illos: Sic inquit Dominus Jova: ego Israelitas e gentibus, ad quas migrarunt, auferam et circumquaque colligam, et in terram suam adducam, eosque in unum populum in terra in montibus Israelitarum coalescere faciam. Unum habebunt regem, nec in duas nationes nec duo regna divisi erunt. Non polluent

---

cum praefix. לְ, quod h. l. genitivum exprimit, juxta Lehrgeb. der hebr. Sprache § 174, 2.

אֲסֻפֵי רָעָב *absumti fame* | a rad. אָסַף *collegit*, h. l. *abstulit, consumsit, prodidit*, partic. passiv. in plur. constr.

מַרְעִיתִי *pascui mei* | nom. subst. fem. מַרְעִית *pascuum*, cum suff. 1. pers. sing., a rad. רָעָה *pavit*.

Ezech. 37, 21—28.

וַהֲבֵאתִי *Et adducam* | a rad. בוא 1. pers. sing. fut. Hiphil pro הֲבִיאוֹתִי coll. Lehrgebäude der hebr. Sprache § 106. not. IV. 13.

וּכֻלָּם propr. nom. כֹּל cum suffixo (coll. § 81, No. VIII. et § 17, 1.) et praef. לְ. Rad. כָּלַל.

יֵחָצוּ *divisi erunt* | a rad. חָצָה *divisit*, *distribuit*, 3. pers. plural. Niphal coll. § 64 et § 48. cum § 17, 2. b.

לִשְׁנֵי — לִשְׁתֵּי | stat. constr. dualis masc. שְׁנַיִם et stat. constr. dualis fem. שְׁתַּיִם *duo*, *duae*.

יִטַּמְּאוּ *polluent sese* | 3. pers. plur. fut. Hithp. pro יִתְטַמְּאוּ [coll. § 41, 2. b.] a rad. טָמֵא *immundus fuit*.

בְּגִלּוּלֵיהֶם וּבְשִׁקּוּצֵיהֶם וּבְכֹל פִּשְׁעֵיהֶם וְהוֹשַׁעְתִּי אֹתָם
מִכֹּל מוֹשְׁבֹתֵיהֶם אֲשֶׁר חָטְאוּ בָהֶם וְטִהַרְתִּי אוֹתָם וְהָיוּ
לִי לְעָם וַאֲנִי אֶהְיֶה לָהֶם לֵאלֹהִים׃ וְעַבְדִּי דָוִד מֶלֶךְ
עֲלֵיהֶם וְרוֹעֶה אֶחָד יִהְיֶה לְכֻלָּם וּבְמִשְׁפָּטַי יֵלֵכוּ וְחֻקֹּתַי
יִשְׁמְרוּ וְעָשׂוּ אוֹתָם׃ וְיָשְׁבוּ עַל הָאָרֶץ אֲשֶׁר נָתַתִּי
לְעַבְדִּי לְיַעֲקֹב אֲשֶׁר יָשְׁבוּ בָהּ אֲבוֹתֵיכֶם וְיָשְׁבוּ עָלֶיהָ
הֵמָּה וּבְנֵיהֶם וּבְנֵי בְנֵיהֶם עַד עוֹלָם וְדָוִד עַבְדִּי נָשִׂיא
לָהֶם לְעוֹלָם׃ וְכָרַתִּי לָהֶם בְּרִית שָׁלוֹם בְּרִית עוֹלָם
יִהְיֶה אוֹתָם וּנְתַתִּים וְהִרְבֵּיתִי אוֹתָם וְנָתַתִּי אֶת מִקְדָּשִׁי
בְּתוֹכָם לְעוֹלָם׃ וְהָיָה מִשְׁכָּנִי עֲלֵיהֶם וְהָיִיתִי לָהֶם
לֵאלֹהִים וְהֵמָּה יִהְיוּ לִי לְעָם׃ וְיָדְעוּ הַגּוֹיִם כִּי אֲנִי יְהוָה
מְקַדֵּשׁ אֶת יִשְׂרָאֵל בִּהְיוֹת מִקְדָּשִׁי בְּתוֹכָם לְעוֹלָם׃

§ 84.

2) Sacharia.

Sach. 3, 8—10. שְׁמַע נָא יְהוֹשֻׁעַ הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל אַתָּה
וְרֵעֶיךָ הַיֹּשְׁבִים לְפָנֶיךָ כִּי אַנְשֵׁי מוֹפֵת הֵמָּה כִּי הִנְנִי

בְּגִלּוּלֵיהֶם plural. גִּלּוּלִים, nomen quo vocabantur idola ea cavillandi et illudendi causa (Klötze). Interpretes hebr. reddunt: *stercorei, sordidi*, alii: *potentes*, a גָּלַל arab. *magnus, potens fuit*; cum suff. 3. pers. plur. et praef. בְּ.

וּבְשִׁקּוּצֵיהֶם est a nom. שִׁקּוּץ *res abominanda, detestanda*, inprim. *idola eorumque cultus*, plural. cum suff. et praef. בְּ et ו copul. Rad. שָׁקַץ Piel *abominatus, detestatus est.*

פִּשְׁעֵיהֶם *defectione sua* | a nom. פֶּשַׁע *defectio, rebellio, praevaricatio*, plur. cum suff. § 81. No. VI. Rad. פָּשַׁע *defecit, praevaricatus est.*

מוֹשְׁבֹתֵיהֶם *habitaculis suis* | nom. masc. מוֹשָׁב *habitatio, sedes, habitaculum*, plural. cum suff. Rad. יָשַׁב.

וְטִהַרְתִּי *et purificabo* | 1. pers. sing. praet. Piel a rad. טָהֵר *mundus fuit.*

וְחֻקֹּתַי *ac statuta mea* | nom. fem. חֻקָּה in plural. cum suff. et וְ copul. a rad. חָקַק.

וּנְתַתִּים a rad. נָתַן 1. pers. sing. praet. Kal pro נְתַנְתִּים [§ 56.] cum suff. et ו copul.

sese abominandis suis et detestandis idolis et defectione sua, et servabo illos ex omnibus habitaculis suis, in quibus peccarunt, et purificabo; erunt populus mihi peculiaris, ego autem eorum Deus. Et praecepta ac statuta mea observabunt, et in terra habitabunt, quam cultori meo Jacobo dedi, quam majores vestri inhabitarunt. Hanc ipsi et filii et nepotes eorum incolent in perpetuum, et David cultor meus iis princeps erit in aeternum. Salutem ego illis impertiam, semper illis propitius ero, eos multiplicabo, ac sanctuarium meum apud illos habebo. Habitaculum meum erit apud illos, ego illis ero Deus, et ipsi erunt populus mihi peculiaris. Gentes agnoscent, me sanctificare Israelitas, quia sanctuarium meum apud illos est in perpetuum.

§ 84.

2) Sacharia.

Sach. 3, 8—10. Audi, Josua, summe sacerdos, tu et socii tui coram te sedentes, nam viri prodigiosi sunt. Etenim adducam cultorem meum

---

וְהִרְבֵּיתִי thematis רָבָה *multus fuit*, Hiph. *multiplicavit*, 1. pers. praet. Hiph. § 64.

מִקְדָּשִׁי *sanctuarium meum* | nom. subst. masc. מִקְדָּשׁ cum suffixo, a rad. קָדַשׁ. In versu 28. occurrit hujus radicis particip. Piel.

מִשְׁכָּנִי *habitaculum meum* | nom. subst. masc. מִשְׁכָּן a rad. שָׁכַן *habitavit*.

§ 84.

Sach. 3, 8—10.

וְרֵעֶיךָ *Et socii tui* | a nom. רֵעַ plural. רֵעִים cum suffixo et ו copul.

הַיֹּשְׁבִים *sedentes* | a rad. יָשַׁב part. Kal, plur. cum artic.

אַנְשֵׁי מוֹפֵת *viri prodigii*, i. e. qui sunt imagines, typi rerum futurarum | אַנְשֵׁי plural. constr. a nom. אִישׁ coll. § 84. מוֹפֵת nom. subst. *portentum*, *prodigium*.

מֵבִיא אֶת עַבְדִּי צֶמַח: כִּי הִנֵּה הָאֶבֶן אֲשֶׁר נָתַתִּי לִפְנֵי
יְהוֹשֻׁעַ עַל אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה עֵינָיִם הִנְנִי מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָהּ
נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת וּמַשְׁתִּי אֶת עֲוֹן הָאָרֶץ הַהִיא בְּיוֹם
אֶחָד: בַּיּוֹם הַהוּא נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת תִּקְרְאוּ אִישׁ אֶל
רֵעֵהוּ אֶל תַּחַת גֶּפֶן וְאֶל תַּחַת תְּאֵנָה:

Sach. 6, 12—15. וְאָמַרְתָּ אֵלָיו לֵאמֹר כֹּה אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת לֵאמֹר הִנֵּה אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ וּמִתַּחְתָּיו יִצְמָח
וּבָנָה אֶת הֵיכַל יְהוָה: וְהוּא יִבְנֶה אֶת הֵיכַל יְהוָה וְהוּא
יִשָּׂא הוֹד וְיָשַׁב וּמָשַׁל עַל כִּסְאוֹ וְהָיָה כֹהֵן עַל כִּסְאוֹ
וַעֲצַת שָׁלוֹם תִּהְיֶה בֵּין שְׁנֵיהֶם: וְהָעֲטָרֹת תִּהְיֶה לְחֵלֶם
וּלְטוֹבִיָּה וְלִידַעְיָה וּלְחֵן בֶּן צְפַנְיָה לְזִכָּרוֹן בְּהֵיכַל יְהוָה:
וּרְחוֹקִים יָבֹאוּ וּבָנוּ בְּהֵיכַל יְהוָה:

§ 85.

3) Maleachi.

Malach. 3, 1—4. הִנְנִי שֹׁלֵחַ מַלְאָכִי וּפִנָּה דֶרֶךְ לְפָנָי
וּפִתְאֹם יָבוֹא אֶל הֵיכָלוֹ הָאָדוֹן אֲשֶׁר אַתֶּם מְבַקְשִׁים

הִנְנִי est particula הֵן cum suff. 1. pers. sing. § 25. מֵבִיא *adducam*, partic. Hiph. [§ 61.] a rad. בּוֹא *venire*.

צֶמַח *germen*, h. l. metaphor. Messias ille, quem Judaei sperabant. Rad. צָמַח.

הָאֶבֶן *lapis*, *quod ad lapidem attinet* | אֶבֶן nom. subst. cum articulo. Est h. l. nominat. absolut., de quo § 120.

מְפַתֵּחַ פִּתֻּחָהּ *ego caelabo sculpturam ejus* | particip. Piel a rad. פָּתַח *aperuit*, Piel *incidit*, *insculpsit*. Inde descendit sequens פִּתּוּחַ *sculptura*, nom. masc. cum suff.

וּמַשְׁתִּי *et delebo* | 1. pers. sing. praet. Kal [§ 61.] a rad. מוּשׁ *recedere*, *amovere*, *delere*.

אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ *alter alterum* | nom. רֵעַ cum suffixo. Conf. § 95, 6.

Sach. 6, 12—15.

וּמִתַּחְתָּיו יִצְמָח *Succrescet* | וּמִתַּחְתָּיו est nom. תַּחַת *locus inferior et substratus*, *locus* in universum, cum suff. et

Zemach. Quod autem lapidem spectat, quem coram Josua posueram, super uno lapide septem oculi vigilant. Ecce ego caelabo sculpturam ejus, inquit Jova omnipotens, et iniquitatem hujus terrae uno die delebo. Tum alter alterum sub vitem et ficum suam vocabit.

Sach. 6, 12—15. Dic ei: Sic inquit Jova omnipotens: en erit vir, qui Zemach vocatur, succrescet et templum Jovae exstruet. Templum Jovae exstruet, et gloriam consequetur, et solio suo insidens regnabit, simulque erit sacerdos, junctimque utroque munere fungetur. Coronae vero istae Chelemo, Tobiae, Jedajae et Cheno, Zephanjae filio, monumenta sunt in templo Jovae. Longinqui venient et aedificabunt templum Jovae.

§ 85.

3) Malachias.

Malach. 3, 1—4. En mitto legatum meum, qui viam ante me parabit. Mox veniet ad tem-

---

praef. מִן et וּ copul. § 90, 1. *a suo loco.* יִצְמָח 3. pers. sing. fut. Kal radicis צָמַח, *von seiner Stelle wird er aufschiessen.*

יִשָּׂא a radice נָשָׂא 3. pers. singul. fut. Kal pro יִנְשָׂא coll. § 56 et § 63.

עֲצַת שָׁלוֹם *consilium pacis inter utrumque*, regem et sacerdotem, i. e. Messias, uti olim Melchisedek, dignitate regia et sacerdotali insignis erit | עֲצַת stat. construct. ab absoluto עֵצָה *consilium.* Rad. יָעַץ *consilium iniit.*

וְהָעֲטָרֹת *et coronae* | a nom. fem. עֲטָרָה plural. cum artic. § 21. et וּ copul. Rad. עָטַר *coronavit.*

§ 85.

Malach. 3, 1—4.

וּפִנָּה *Parabit* | 3. pers. masc. sing. praet. Piel [§ 64.] a themate פָּנָה *vertit, convertit* etc. Piel *expedivit, praeparavit*, cum וּ conv. praet. ex § 90, 1. praef.

וּמַלְאַךְ הַבְּרִית אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים הִנֵּה בָא אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת׃ וּמִי מְכַלְכֵּל אֶת יוֹם בּוֹאוֹ וּמִי הָעֹמֵד בְּהֵרָאוֹתוֹ
כִּי הוּא כְּאֵשׁ מְצָרֵף וּכְבֹרִית מְכַבְּסִים׃ וְיָשַׁב מְצָרֵף
וּמְטַהֵר כֶּסֶף וְטִהַר אֶת בְּנֵי לֵוִי וְזִקַּק אֹתָם כַּזָּהָב וְכַכָּסֶף
וְהָיוּ לַיהוָה מַגִּישֵׁי מִנְחָה בִּצְדָקָה׃ וְעָרְבָה לַיהוָה מִנְחַת
יְהוּדָה וִירוּשָׁלָם כִּימֵי עוֹלָם וּכְשָׁנִים קַדְמֹנִיּוֹת׃

Malach. 4, 1—6. כִּי הִנֵּה הַיּוֹם בָּא בֹּעֵר כַּתַּנּוּר
וְהָיוּ כָל זֵדִים וְכָל עֹשֵׂה רִשְׁעָה קַשׁ וְלִהַט אֹתָם הַיּוֹם
הַבָּא אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת אֲשֶׁר לֹא יַעֲזֹב לָהֶם שֹׁרֶשׁ
וְעָנָף׃ וְזָרְחָה לָכֶם יִרְאֵי שְׁמִי שֶׁמֶשׁ צְדָקָה וּמַרְפֵּא

וּפִתְאֹם *et subito* | adverb. *subito, repente,* cum ו copul. Descendit a nom. פֶּתַע, alternantibus א et ע et adposita terminatione adjectivorum ם. Ceterum observanda est subita personarum mutatio, in libris propheticis frequens; nam qui modo de se ipso in prima persona loquutus erat, de eodem jam vates in tertia persona loquitur.

וּמַלְאַךְ הַבְּרִית *et legatus foederis,* i. e. legatus promissus | מַלְאַךְ est stat. constr. sing. ab absol. מַלְאָךְ *legatus,* a rad. לָאַךְ arab. et aethiop. *misit.* בְּרִית nom. subst. cum articulo a rad. בָּרָה.

מְכַלְכֵּל *substinebit* | a rad. כּוּל Pilp. כִּלְכֵּל *capere, continere, sustinere* etc. particip. Pilp. coll. § 61, 7. et § 45, 1.

בְּהֵרָאוֹתוֹ *cum apparebit* | est a radice רָאָה infinit. Niphal § 64 et § 48. coll. § 17, 2. b; cum suff. 3. pers. masc. sing. et praef. בְּ § 101.

כְּאֵשׁ מְצָרֵף *ut ignis conflatoris*, qui liquefacit metalla, ut omne impurum secernatur | כְּאֵשׁ nom. substant. אֵשׁ cum praef. כְּ. מְצָרֵף est a rad. צָרַף *conflavit, purgavit, examinavit,* partic. Piel.

וּכְבֹרִית etc. *et uti lixivium fullonum* | est a nom. substant. בֹּרִית *lixivium, Laugensalz, Alcali,* inprim. id, quod e plantis parabatur et ad eluendas vestimentorum maculas et sordes lanarum adhibebatur, stat. constr. sing. cum praefixis כְּ et ו copul. מְכַבְּסִים *fullonum*, est thematis כָּבַס *purgavit* (solummodo de purgandis vestimentis, uti πλύνειν), participium Piel plural. *fullo, πλύντηρ, κναφεύς, Walker*.

lum suum Dominus, quem quaeritis, et legatus promissus, quo delectamini; ecce venit, inquit Jova omnipotens. Quis sustinebit diem adventus ejus? Et quis consistet, cum apparebit? Nam erit uti ignis conflatoris, et uti lixivium fullonum. Sedebit conflans et purgans argentum. Levitas purgabit, eosque liquabit, ut aurum et argentum, ut sint, qui Jovae ferta pie afferant. Grata erunt Jovae ferta Judaeae et Hierosolymae, sicut diebus antiquis et annis praeteritis.

Malach. 4, 1—6. Ecce enim dies venturus est, ardens, uti clibanus, omnesque superbi et impii erunt stipula, quos dies venturus conflagrabit, inquit Jova omnipotens, ut nec radicem nec ramum

---

וְזִקַּק *eosque liquabit* | Piel a rad. זָקַק *fudit*, Piel *liquavit, liquando purgavit.*

מַגִּישֵׁי מִנְחָה *offerentes ferta* | a rad. נָגַשׁ *accessit*, Hiphil *obtulit*, partic. Hiphil pro מַגִּישִׁים § 56. plural. constr. בִּצְדָקָה *rite*, nom. subst. fem. cum בְּ. Rad. צָדַק.

וְעָרְבָה *grata erunt* | 3. pers. fem. sing. praet. Kal radicis עָרַב *suave fuit*, *placuit*, cum וְ praef.

וּכְשָׁנִים קַדְמֹנִיּוֹת *et annis praeteritis* | וּכְשָׁנִים est a nom. שָׁנָה *annus*, plural. masc. [§ 77, 5.] cum praef. כְּ et וּ copulat. קַדְמֹנִיּוֹת est plural. fem. a nom. mascul. קַדְמֹנִי 1) *orientalis*; 2) *antiquus*, *antiquum*. Rad. קָדַם *antecessit.*

Malach. 4, 1—6.

בֹּעֵר כַּתַּנּוּר *Ardens, uti clibanus* | בֹּעֵר est partic. Kal rad. בָּעַר *arsit*. כַּתַּנּוּר est nom. subst. masc. תַּנּוּר *fornax*, *clibanus*, cum כְּ et extruso articulo.

כָל־זֵדִים *omnesque superbi* | זֵדִים plur. a sing. זֵד *superbus, arrogans.* Rad. זוּד et זִיד propr. *ebullire*, metaph. *superbire, arroganter agere.* רִשְׁעָה *improbitas*, nom. subst. fem. a rad. רָשַׁע *injustus, improbus fuit.* קַשׁ *stipula*, nom. subst. masc. a rad. קָשַׁשׁ *stipulas collegit.*

וְלִהַט *et conflagrabit* | radicis לָהַט *arsit, flammavit*, 3. pers. sing. praet. Piel.

וְעָנָף *et ramum* | nom. subst. עָנָף *ramus*, cum וְ copul.

בִּכְנָפֶיהָ וִיצָאתֶם וּפִשְׁתֶּם כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק׃ וְעַסּוֹתֶם רְשָׁעִים כִּי יִהְיוּ אֵפֶר תַּחַת כַּפּוֹת רַגְלֵיכֶם בַּיּוֹם אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃ זִכְרוּ תּוֹרַת מֹשֶׁה עַבְדִּי אֲשֶׁר צִוִּיתִי אוֹתוֹ בְחֹרֵב עַל כָּל יִשְׂרָאֵל חֻקִּים וּמִשְׁפָּטִים׃ הִנֵּה אָנֹכִי שֹׁלֵחַ לָכֶם אֵת אֵלִיָּה הַנָּבִיא לִפְנֵי בּוֹא יוֹם יְהוָה הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא׃ וְהֵשִׁיב לֵב אָבוֹת עַל בָּנִים וְלֵב בָּנִים עַל אֲבוֹתָם פֶּן אָבוֹא וְהִכֵּיתִי אֶת הָאָרֶץ חֵרֶם׃

§ 86.

4) Daniel.

Dan. 2, 43, 44. דִּי חֲזַיְתָ פַּרְזְלָא מְעָרַב בַּחֲסַף טִינָא מִתְעָרְבִין לֶהֱוֺן בִּזְרַע אֲנָשָׁא וְלָא לֶהֱוֺן דָּבְקִין דְּנָה עִם

וְזָרְחָה *exorietur* | 3. pers. fem. sing. praet. Kal rad. זָרַח *exortus est.* שֶׁמֶשׁ צְדָקָה *sol justitiae*, i. e. *sol benignus.*

וּמַרְפֵּא *et medicina erit* | a radice רָפָא *reparavit, sanavit, curavit*, nom. subst. cum ו copul. בִּכְנָפֶיהָ propr. *in alis ejus*, est nom. כָּנָף, dual. כְּנָפַיִם, cum praef. בְּ et suffixo.

וִיצָאתֶם *et exibitis* | a rad. יָצָא 2. pers. masc. plur. praet. Kal [§ 63.] cum ו conv. praet. coll. § 15, 1. a. cum § 97, 4.

וּפִשְׁתֶּם *et exsultabitis* | a radice פּוּשׁ et פִּישׁ arab. *superbire, pabuli ubertate gestire et lascivire*, 2. pers. masc. plur. praet. Kal, cum ו conv. praet. Pertinet hoc verbum ad verba intransitiva med. E., quae in Praeterito Zere pro Kamez habent, hinc פִּשְׁתֶּם pro פַּשְׁתֶּם coll. § 61. et Lehrgebäude der hebr. Sprache § 106. not. I. 2.

כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק *vituli saginati* | a nom. עֵגֶל *vitulus*, plural. constr. cum כְּ. מַרְבֵּק *locus ubi pecus saginatur*, nom. subst. masc. a rad. רְבַק chald. *saginavit.*

עַסּוֹתֶם *conculcabitis* | a radice עָסַס *calcavit, conculcavit*, 2. pers. masc. plural. praet. Kal pro עֲסַסְתֶּם, ultimis radicalibus contractis et Cholem inserto juxta § 57, 1 et 4.

כַּפּוֹת est plur. constr. fem. a nom. subst. fem. כַּף, quod cum רַגְלֵיכֶם (plur. cum suff. a nom. רֶגֶל) *plantam* (Fusssohle) designat. Rad. כָּפַף.

illis relinquat. Vobis autem, meis cultoribus, sol benignus exorietur, cujus alae medelam vobis afferent; exibitis et exsultabitis ut vituli saginati. Impios vero conculcabitis; erunt enim instar pulveris sub pedibus vestris, eo tempore, quo opus insigne exsequor, inquit Jova omnipotens. Memores estote legis, jurium et institutorum, quae omnibus Israelitis per ministrum meum Mosen in monte Horeb dedi. Ecce missurus sum vobis prophetam Eliam, antequam veniat dies Jovae magnus et terribilis. Is producet in vobis sensus animi et mores majoribus similes, ne veniam et funditus terram perdam.

§ 86.

4) Daniel.

Dan. 2, 43. 44. Tandem quod vidisti ferrum cum luto mixtum, indicat reges connubiis conjunctionem esse quaesituros, sed non diu erunt alter alteri juncti, quemadmodum ferrum luto mi-

---

וְהַכֵּיתִי *perdam* | 1. pers. sing. praet. Hiph. cum ו conv. praet. a rad. נָכָה coll. § 56 et 64. cum § 65.

§ 86.

Dan. 2, 43. 44.

דִּי *Quod* | est id. quod hebr. אֲשֶׁר pronom. relat. *qui, quae.*
חֲזַיְתָ *vidisti* | est 2. pers. sing. praet. Peal, a radice חֲזָה *vidit.* Secunda radicalis Jod, quae in (‥) quiescere debuisset, h. l. habet puncta perfectorum.
פַּרְזְלָא *ferrum* | nom. subst. פַּרְזֶל hebr. בַּרְזֶל, cum nota articuli.
מְעָרַב *mixtum* | particip. passiv. Pael a rad. עֲרַב. Paulo inferius est participium Ithpaal.
בַּחֲסַף est nom. subst. חֲסַף *testa;* non lutum vel limum notat, sed *opus coctum ex limo*, vel *limum excoctum;* cum praep. בְּ.
טִינָא est nom. subst. טִין *limus, argilla,* in statu emphatico.
מִתְעָרְבִין est h. l. partic. Ithpaal plural. a rad. עֲרַב *miscuit.* Dagesch characteristicum, quod in ר locum habere non potest, compensatur per (ָ).

דְּנָה הֵא כְּדִי פַרְזְלָא לָא מִתְעָרַב עִם חַסְפָּא׃ וּבְיוֹמֵיהוֹן
דִּי מַלְכַיָּא אִנּוּן יְקִים אֱלָהּ שְׁמַיָּא מַלְכוּ דִּי לְעָלְמִין לָא
